Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



faciens in urbem. Ait autem illi
quidam. Domine: si pauci sunt
qui saluantur? Ipse autem di
xit ad illos Contendite intrare
per angustam portam: quia multi
dico vobis querunt intrare et
non poterunt Cum autem intrauer
it paterfamilias et clauserit
ostium: incipietis foris stare
et pulsare ostium dicentes Domine:
aperi nobis Et respondens dicet
vobis: Nescio vos: unde sitis
Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te et bibimus:
et in plateis nostris docuisti Et
dicet vobis: Nescio vos: un
de sitis Discedite a me omnes
operarij iniquitatis in tenebras
exteriores: Ibi erit fletus et
stridor dentium: cum videbitis
abraham et ysaac et iacob et
omnes prophetas in regno dei: vos
autem expelli foras Et venient
ab oriente et occidente et aq
lone et austro: et accubient
in regno dei Et ecce sunt nouis
simi qui erant primi: et sunt
primi qui erant nouissimi Oc

Oratio. Respice nos domine et respice in faciem christi
tui quia melior est dies vna in atrijs
tuis super milia ps Quam dilecta ta
bernacula tua domine virtutum concu
piscit et deficit anima mea in atrios
domini. Gloria patri Collecta

Oblatio omnis domine ecclesie
tue quam pro ablatione precum
et pro fine te labitur humana
mortalitas tuis semper auxilij
is et abstrahatur a nocijs et
ad salutaria cuncta dirigat per

Fratres. Spiritu Ad Galatas.
ambulate: et carnis de
sideria non perficietis Caro enim
concupiscat aduersus spiritum: spiritus
autem aduersus carnem Hec enim
sibi inuicem aduersantur: ut non
quecunque vultis illa faciatis
Nec si spiritu ducamini: non estis
sub lege Manifesta autem sunt
opera carnis: que sunt fornica
cio immundicia luxuria ydo
lorum seruitus venefica inimi
cicie contentiones emulationes
ire rixe dissensiones heresies
sectе invidie homicidia ebri
etates comessationes et hys
similia: que predico vobis.
sicut predixi: quoniam qui talia agunt
regnum dei non consequentur
fructus autem spiritus est: caritas.
gaudium. pax. patientia. longanimi
tas. bonitas. benignitas.
mansuetudo. fides. modestia.
continentia castitas Aduersus
huiusmodi non est lex Qui
autem sunt christi: carnem suam cruci
fixerunt cum vitijs et concupiscen
tijs Gr Bonum est confiteri domino Eliuj.
Alla. Quam deus magnus